

2129 L. Firvius L. f. Fab. | Postumus d.¹ Luca, | miles coh. XV urban.² | √ Arrunti, signifer, | mil. an. XVIII vix. an. XXXVI, | h. s. e. Priverni (X 6445 vidit Mommsen). — 1) Domo. — 2) Cf. N. 2128.

2130 L. Fufiō Equestre¹ | mil. coh. XVII² | Lugudúniensis ad | mone-
tam³ | > Ianuári. | L. i. f. [p.] III, r. p. III.⁴

Vichy (départ. Allier) rep., deinde Moulins (Hirschfeld Lyon in der Römerzeit p. 27; Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 453 ad ectypum gypsaceum; cf. Mommsen Hermes 16 p. 645). — 1) *Iudice Mommseno significatur domus L. Fufii, colonia Iulia Equestris Noviodunum (hodie Nyon).* — 2) *De hac cohorte praeterea non memorata cf. Mo. l. c.; Lugduniensis sine dubio hic dicta est quod stativa habuit Lugduni, ut cohortes prima et decima tertia urbanae; hanc quoque cohortibus urbanis adnumerandam esse probabile est.* — 3) *Nummos iussu imperatorum Lugduni cusos esse etiam aliunde constat (Strabo 4, 5, 2; supra N. 1659).* — 4) *Locus in fronte pedes IIII retro pedes IIII.*

2131 Marti et Fortunae | C. Alfidius Secundus | miles coh. XVII¹ | d. d.

Romae, nunc Berolini, tabella aenea litteris argenteis (VI 484). — 1) *Intelligenda est aut cohors decima septima voluntariorum civium Romanorum praeterea non memorata, aut, id quod nuper coniecit Mommsen (Herm. 16 p. 645), cohors decima septima urbana (cf. N. 2150 not. 2).*

2132 memoriam Fl. Eusebius¹ | in re sua sibi et suis incolumis | fecit, quique urbanis cohortibus | inculpatae in Campaniae | usque v. c. consularis exornans | principatum stipendiis ratione | decursus inplevit militiam.²

Inter Sutrium et Nepes (XI 3205 vidit Bormann). — 1) *Noli putare hunc Eusebium eundem esse atque Eusebium consulem ordinarium a. 559.* — 2) *Oratio confusa; hoc apparet, Eusebium urbanis cohortibus inculpate praefuisse, postea (nam tribunus cohortium urbanarum perfectissimus tantum dicebatur, cf. supra N. 722) virum clarissimum et consularem Campaniae esse factum. (Mommseno videtur Eusebius factus esse princeps officii consularis Campaniae viri clarissimi).*

2133 d. m. | T. Domitio | Crescenti | stat. pr. 7 | Sereni¹, he[r.] | b. m. f. c., mil. | an. VI, vix[it] | an. XXX . . .

Romae (VI 2952 Henzen vidit ectypum). — 1) *Statori praetoriano centuriá Sereni.*

2134 dis manibus | L. Nonio L. f. | Martiali | stator. August. | √ Prisci, militavit | annis XXII mens. VI, | vixit annis XLIX, | posuit Nonia | Fortunata lib. | patrono | benemerenti.

Romae rep. extra portam Nomentanam (Bull. com. 1886 p. 85).

2135 Q. Attius Florus | mil. stator 7 | Domiti, vixit | annis XXXX | militavit an|nis XXIV, fecit | Trophime liber|ta patrono | suo bene | merenti.

Romae rep. ad viam Salariam (Gatti Notizie 1887 p. 257).